Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Co[n]te[n]ta hoc libello Modus confitendi

Andreas <de Escobar>

Argentine, 1507

De gula

urn:nbn:de:bsz:31-114204

Visual Library

et retinui iniuste et dissipani Parcus mihi in necessarioꝝ exhibitõ
ne. et proximus in elemosinarũ largitiõe fui. ꝓpter pecunias. hono
res et beneficia multa. falsa testimonia. falsas lr̃as. ꝑditiões adul/
teria. ꝓximoꝝ dãna. vsuras. simonias. deceptiones fraudes. rapi/
nas. furta mẽdacia causas litigiosas. iniustas ⁊ iniquas sententi
as. officia tyrãnica. mercãtias. ⁊ aduocatiões causaꝝ iniustarũ ac
ꝑcuratões fl'os testes fl'as lr̃as. ꝑuersoꝝ ⁊ cõsãguineoꝝ ꝓmotões ĩ
dei eccl'ia ludos fortuitos ⁊ falsa iuramẽta dixi feci et procuraui.

De Luxuria.

¶ Itẽz peccaui in peccato fornicatiõis ⁊ luxurie. quia delectatione
et cogitatiõe gule ⁊ luxurie corꝑis. polntiões in corꝑe habui. vbis
luxuriosis. tactib⁹. amplexib⁹ et osculis ⁊ aliquãdo actib⁹ inhone/
stis mulieres turpiter cognoui et dilexi. ⁊ si nõ oꝑe tñ mẽte. sic ad/
ulteriũ incestũ raptũ ⁊ pctm̃ ꝯ naturã facere ⁊ exercere desideraui

De Inuidia

¶ Item peccaui peccato inuidie. Nam honorez et famaz ac promo
tionẽ proximi ꝓpter inuidiaz destruere et impedire ꝓcuraui. Et de
eius damno et infortunijs gauisus fui. et de eius prosperitate val
de dolui et ipsum depressi inquãtũ potui

De Gula

¶ Item peccaui in peccato gule. qꝛ horaz cõmedendi ⁊ bibendi sepi
us p̃ueni. sine siti et fame cõmedi et bibi. et ebrietate me repleui. ci
bũ et potũ vltra naturã sumpsi ⁊ frequenter comedi in die ⁊ bibi./
Sũptuosa cibaria ⁊ pocula ad delectationẽ caruis ꝓcuraui. Ta
bernas frequentaui ⁊ in saporib⁹ ciboꝝ et potuũ extiti

De Ira.

¶ Item peccaui in peccato ire. Naz meis proximis et subditis sine
causa iratus fui. ꝓpter irã me vindicaui. et iniurias illatas sustine
re nolui. cũ ira deũ meũ blasphemaui. homines vituperaui. Nocc
re proximo meo in ꝑsona et in rebus suis deliberaui. rancorez cor
dis seruaui. et timorẽ mentis pre ira habui. clamores feci. discordi
as seminaui. et veniam petentibus non peperci

De Accidia

¶ Item Peccaui in peccato accidie. Nam bona que tenebar facere
nõ feci nec ꝓcuraui. mala aũt que tenebar fugere nõ fugi. sed plus
ad illa cucurri. ⁊ opere cõpleui. Panẽ meũ laborib⁹ nõ q̃siui. tard⁹